SCIDAE HORATIANAE.

PART. I.

VON

W. GILLISCHEWSKI,
GYMNASIAL-OBERLEHRER.

LEIPZIG
GUSTAV FOCK
1886.

Scidae Horatianae.

Particula I.

De emendanda Horati epistula I, 14.

Versanti mihi satis diu multumque in carminibus Horati facile apparuit habere fata non solum libellos sed etiam poetas, quoniam diversissimis saepe iniquissimis legentium iudiciis obiecti sunt. Cuius rei si quisquam documento est, is certe Horatius. Nam et de facultate eius poetica singulorumque carminum de aestimati mirum quantum ambigitur et in verbis ipsis poetae codicumque manu scriptorum f addubitatur, qua in re nimium fuisse Hofm. Peerlcamp, immodicos Ribbeck et Le quis est quin sciat? Quorum errore monitus quamquam omni ratione cavere consu ne libidine praeceps ferar si quae apud Horatium falsa invenisse mihi visus su tamen quotiens in primi libri epistulam XIV incidi, ab animo impetrare non possi ut corruptam eam emendandamque esse non existimem ductus non tam aliorum q ipsi quoque in ea offenderunt*) auctoritate quam ipsarum rerum verborumque discrepant

Quod quidem quo iure faciam, paucis explicare conabor. Quam rem ita institua ut qui loci non ferendi et quomodo emendandi mihi videantur collatis exponam i quae Ribbeck et Lehrs de hac epistula iudicant. Ji enim plurimum in ea elaboraveru ita tamen ut quae ille protulit hic improbet.

Atque ut a Ribbecki et Lehrsi coniecturis ordiar, haec habuerunt quae mutand censerent brevi in conspectu posita: Ribbeck primum vv. 6—9 post v. 30 colloca ut ad v. 5 adiungantur vv. 10—13, pro verbo „amat" secundum Bentlei coniectura substituto verbo „avet"; deinde pro verbo „causatur" (v. 10) legens „causamur" e Doederlini coniectura inter vv. 13, 14 interponit versum 31; tum vv. 37—39 an

---

*) Quo in numero sunt Keck, Ploen. Prog. 1857, pag. 23.
H. Lehrs, Jahrbb. f. Philolg. 1863, p. 542.
H. Lehrs, Q. Horat. Flacc. Lpzg. 1869.
O. Ribbeck, Des Q. Horat. Flaccus Episteln und Buch von der Dichtkunst, Berlin 18[illegible]

vv. 32 sqq. collocat; denique versum 36 excipit v. 35. Lehrs versum 5 lacuna corruptum esse suspicatur ut legat

„evellas agro . . . .
. . . . et melior sit Horatius an res."

vv. 10—13 delet, vv. 16, 17 post v. 28 ponit, vv. 29—31, 36, 44 tollit.

His satis cognitis quae iam brevi in conspectu posita sunt, nunc de singulis deinceps locis pauca dicemus. Primum igitur quaeramus, recte necne vv. 6—9 post v. 30 collocaverit Ribbeck neglecto ad tempus versu 5, quem Lehrs vult lacuna corruptum esse, quod de eo postea melius disserendum erit. Atque initio quidem forsitan arbitremur (id quod probant Lehrs l. l. et Schütz*) praeclare eos suum locum obtinere, quia iure in initio epistulae id posuisse videatur poeta, qua affectione animi permotus et qua oblata occasione ad scribendam hanc epistulam aggressus sit; sed qui paulo diligentius eam inspexerit, facile cognoscet per totum carmen Horatium se ipsum suamque vitae rationem quam maxime perspicue cum vilico et eius desiderio votisque stultis comparavisse, ut pugnantia inter se coniungendo et ad vilici, qui erat homo rudis ac brutus, tardum ingenium descenderet et amicos, quos re vera spectabat, antithetis illis facetis oblectaret atque caperet. Quas res contrarias significat oppositis inter se pronominibus „ego, me, mihi — tu, te, tibi", ut in vv. 1, 2 (me — tu), in v. 4 (ego — tu), in v. 10 (ego — tu), in vv. 14, 16 (tu — me), in v. 19 (meque et te), in v. 20 (cre**dis** — **mecum** qui sentit), in vv. 20, 21 (**mecum** qui sentit et odit quae **tu** etc.)

Qua re probe stabilita et fixa nihil impedit quominus hoc argumentum iis quoque locis premamus ubi desunt ea antitheta, quamvis desiderentur, in vv. igitur 6—9, quibus, cum incipiant a pronomine „me" gravissime posito in initio hexametri, tamen versus insequentes non respondent, quippe quorum initium non sit pronomen „tu" (te, tibi), sed male adiectum „ego" (in v. 10), ut **bis sui** ipsius mentionem faciat Horatius pronominibus „me" et „ego" (in vv. 6, 10) gravi violentoque vocis sono pronuntiandis, deinde **semel** opposito pronomine „tu" (in v. 10) **ad vilicum** transeat semel. Praeterea ex ipso v. 10 elucet, illud „tu" modo ad eiusdem versus pronomen „ego" referendum esse, non ad versus 6 pronomen „me", quia primum post hexametri caesuram semiquinariam locum obtineat, ut hic versus, qui etiam interpunctione et ab antecedentibus et insequentibus ab hexametris seclusus est, praeclare in duas partes aequales dividatur, quarum utraque orditur a nominativo pronominum inter se oppositorum („ego" — „tu"), ita tamen ut optime chiasmus exsistat (rure ego — tu in urbe):

„Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum".

Id ergo concedatur nobis, vv. 6—9 efflagitare debitum antitheton, deesse iis versus oppositos nascentes a pronomine „te" (tu, tibi). Jam vero ne post v. 30 quidem carere ullo modo possumus personae primae pronomine, quod respondeat verbo „tibi" (v. 21) collocato in initio illius periodi satis amplae, qua docet Horatius quibus de

*) Q. Hor. Flacc. III, pag. 345.

causis vilicus et villam, ipsius delicias, fastidiat et ad urbem quasi velis passis cu revehi. Omisso enim versu 31 in proximis hexametris octo (32—39) id agit manif ut redarguat stultum servum cum exponat ipsum quoque iuvenili quondam an levitate similia se sectatum esse ac nunc illum, aetate autem paulo provectiori, ex ad bonam frugem se recepisset, spretis voluptatibus illis fugacibus et homine erud indignis villulam et otium rusticum in perpetuo sibi fuisse amore. Quae ipsius vilici studia contraria tam subtiliter explicat, ut vilici desiderio fornicis (v. respondeat sua adulescentis cum Cinara meretrice consuetudo (v. 33), illius taber vinum praebere quae possit (vv. 24, 25), suis ipsius praematuris Falerni potationi (v. 34). Quod autem Schütz (l. l. p. 345) dicit: „Der Gegensatz von amat (9) fastidis (2) spricht dafür, dass die Verse an richtiger Stelle stehen;" argutius qu verius esse quis est quin intellegat? Nam luce clarius est verbo „fastidis" non opp remotissimum illud „amat", sed proxima (v. 1) verba „mihi me reddentis", c praesertim in v. 2 legatur „quem **tu** fastidis", cui in v. 1 respondet pronomen „m in versu 9 nihil. Sed quid opus est plura? Videmus **post** versuum 6–9 pronom „me" **desiderari** hexametrum a pronomine „te" (tu, tibi) ordientem, **ante** vv. 32– **deesse** ipsum illud primae personae pronomen; quid ergo magis consentaneum qua vv. 6–9, ut qui hoc loco sint non necessarii supervacaneique, ante vv. 32–39 colloca qua una transmutatione et utroque potiamur pronomine necessario et periodos reparem egregie inter se exaequatas (vv. 21|30 „Fornix tibi" etc., et 6|9 + 32|39)? Na ita demum pronomini „tibi" (in v. 21) bene oppositum est illud „me" in v. 6 excipien quidem versum 30, ac profecto verbis „tibi . . . incutiunt urbis desiderium" comm dissime respondent verba illa transposita „me . . . . istuc (h. e. in villulam ubi versaris) mens animusque fert" etc.; ita demum verba „istuc" (v. 8), „istic" (v. 3 habent ad quod optime respiciant, dico verba „angulus iste" quae in v. 23 antecedun Atque etiam contextus periodorum illarum (21|30, 6|9 + 32|39) est artissimus, (n verborum tantum perpetuitas), cum in illa insit, cur ad urbem tendat (vv. 21—26) ruri cur manere nolit (26–30) vilicus, in hac, Horatius cur Romae nisi coactus es nec possit nec velit (vv. 6|9 + 32|34) et cur villam suam urbi longe antepon (vv. 35—39). Accedit quod facta illa lacuna v. 10 in versus 6 locum succedens a v. 5 optime se applicat, praesertim si in versus 5 exitu non „res" sed „rus" legim ex Bentlei coniectura, ut eleganter oriatur anadiplosis:

5) evellas agro, et melior sit Horatius an **rus.**
10) **Rure** ego viventem, tu dicis in urbe beatum,

qua summa epistulae argumentumque, quae est ruris praestantia, qua urbi antecelli egregie premitur. Ac ne id quidem silentio praetereundum puto, quod v. 17 „quand cunque trahunt invisa negotia Romam" versuum 6—9, si non post eum transmutant procul, memoriam male refert, ut inepte suspicio moveatur, ne amici quidem cu permotum Horatium libenter Romae remanere sed etiam hoc ei esse „invisum negotium Quod transmutatis vv. 6—9 post v. 30 vitatur. Alibi porro versus 6—9 nisi po v. 30 inseri omnino non possunt. Etiam id probo, quod cum Bentleio Ribbeck i

v. 9 spreta codicum auctoritate pro verbo „amat“ emendari vult „avet“. Nam cum hoc loco poeta fateatur, quamvis tum amici carissimi luctu et dolore maxime permoveatur ut Romae maneat eumque consoletur, tamen villae desiderio adeo se teneri ut etiam atque etiam eo redire cupiat, **neque tamen voti compotem se fieri,** animus eius „avet“ obstantia rumpere claustra, quandoquidem „amare“ ita dicitur ut sit aut eius, qui facere quid **solet** quia iam ante libens ac saepius fecit, itaque facere consuevit (cum sensu quodam voluptatis), — sed ita amare non cadit in eum qui, ut hoc loco Horatius, **unam** rem atque **semel oblatam** significat, – aut eius qui qua re cum sensu tutae certaeque possessionis et tranquillae voluptatis utitur, — sed hoc in Horatium hoc loco prorsus non cadit, quia tum obstantia claustra non rupit sed rumpere frustra studebat. Ecquid ergo dubitari potest quin „avet“ scriptum fuerit? nisi forte „amet“ legendum esse ita quis putat ut in Carm. III, 9, 24: „Tecum vivere amem“, h. e. ich würde (wenn es mir **möglicherweise** vergönnt würde) glücklich sein, mit Dir zu leben, id quod hic ferri non potest, siquidem simul audiri vult Horatius illa claustra a se **rumpi non posse,** ut non „amet“ sed „amaret“ legendum esset, si quis verbum amandi servare vellet.

Veniamus nunc ad v. 31, quem versui 13 succedentem facit Ribbeck, Lehrs tollit. „Nunc age quid nostrum concentum dividat audi“. Atque suum locum eum obtinere non posse nemo negabit qui paulo attentius antecedentes et insequentes hexametros perlegerit. Nam in prioribus versibus non de concentu sed vel summa de discrepantia Horati et vilici agitur, quorum alter rus, alter urbem desiderat, maxime in vv. 18/19: „Non eadem miramur, eo disconvenit inter meque et te“ etc. Hic locus tam similis est versui 31, ut absurde repetitus videatur. Quod autem Schütz l. l. p. 108 ad tuendum v. 31 dicit subtiliter: „Vgl. V. 18. Dort wurde die Verschiedenheit **der Neigung** für Stadt- und Landleben angegeben, hier der **Grund** der Verschiedenheit, nämlich seine eigene Mässigkeit und Genügsamkeit und dem gegenüber der unzufriedene und unbeständige Sinn des vilicus“, ea re id docetur, quomodo v. 31 cum versu 18 congruat, non id, ubi **concentus** Horati et vilici aut sit aut fuerit. Sed si quis concentus **dividitur,** antea fuisse eum necesse est; ubi autem fuerit, neque Schütz docet, neque reperitur usquam. Praeterea versu 18 non solum studii **sed etiam causarum** differentiam significari, ex insequentibus vv. 19 ff. apparet, ubi verbo **„nam“** (v. 19) ad **causas** eius dissensionis transitur. Nihilo magis cum insequentibus versibus convenit v. ille 31, ubi Horatius et vilicus inter se non opponuntur omnino; nam in vv. 32—39 de se **solo** loquitur Horatius, cum **duas** causas affert cur ruris amore teneatur, animi sui continentiam et invidorum obtrectatorumque fugam; in vv. 40 sqq. vilicus non Horatio sed **caloni arguto** opponitur, ut **stultitia** (votorum) eius appareat et in ultimis duabus totius epistulae versibus severissime repellatur. Quae cum ita sint, versus 32—39 cum duabus illis Horati causis optime respondent versibus ½20—30, ubi item duae vilici afferuntur causae, cur in urbem venire concupiscat, libidines et pigritia, non versibus 40—44, (quod Schütz contendit), quippe in quibus non duae causae sed una insit, non inconstantia vilici temperantiae Horati opponatur,

(quod Schütz affirmat) sed stultitia eius opposita calonis calliditate reiciatur. Pra
his quinque versibus totius epistulae extremis certamen illud in quinque primis propo
praeclare ad finem adduci quis est quin facile perspiciat? Verum haec missa facio;
quaero, quid de versu 31 faciendum sit, cum suo loco ferri non queat, ne conte
periodorum artissime inter se cohaerentium ($\frac{1}{2}$ 20—30, 32—39) disturbet? Ex iis,
paulo ante ad eum disputavi, intellegitur, nisi ante v. 18 nusquam ei esse locum; qu
concedo (quod ponit Ribbeck) inter vv. 13 et 14 eum intericiendum primo adspectu v
quia ex unis vv. 10—13 quasi concentus quidam elucet, sed coacte et artificiose. I
cum a primo, nescio quomodo, dum legebam, assentirer, postquam posui librum et m
ipse cogitare coepi, assensio illa omnis elapsa est atque ad Lehrsi sententiam access
tollendum eum esse existimem ac ne inter vv. 13 et 14 quidem ei locum reli
Etenim primum illud Ribbecki parvi refert, nisi post v. 13 nusquam collocari posse v
quoniam unis in vv. 10—13 concentus quidam reperiatur, in vv. 14—17 gravis
dissensio exstet. Quid? etiam in v. 10 (rure ego viventem, tu dicis in urbe bea
consensum intellegi voluit poeta? Immo vero gravissima dissensione a vilico se disiu
At in vv. 11—13, maxime in v. 12! Concedo; sed qui tandem consensus, qua
Praeclaram illam poetae atque philosophi cum servo vili, qui eruditionis elementi
imbutus quidem erat, consensionem, qua „stultus uterque locum immeritum caus
inique"; praeclarum Horati aetate provectioris animum apertum, quo liberrime fate
eadem etiamnunc se teneri stultorum hominum perversitate illa, quam in Sat. I, 1 egr
cavillatus erat aliquanto ante, ut crederes, ipsum cavillantem eo vitio iam tum libe
fuisse; praeclaram illam sui cognitionem, qua percussus eiusdem se ac vilicum stulti
coarguit, quem ad sanitatem revocare studet, quocum in certamen quoddam descendit c
dicat in vv. 4|5: „Certemus spinas animone ego fortius an tu evellas agro et melior
Horatius an rus"; stultitiae, inquam, se ipsum, qui et in hac et in ceteris epistulis
vir usu et prudentia praestans optima de omnibus rebus, de usu vitae et de mori
praecipere amicis audet! Non multum abest quin etiam versum 43 („optat ephippia
piger, optat arare caballus") ad se referri voluerit! Atque hoc etiam animadvertend
est, maxime contra illam sententiam niti vv. 16|17, quibus se collaudat Horatius, qu
constans ac sui similis in ruris amore perseveret, i. e. quod sua sorte contentus vi
neque unquam alterius vitae condicionem desideret. Jam qui priorum Horati carmin
memoriam retinuerit, ei perlecto v. 11 in mentem veniet Sat. I, 1, 1—3, perlectis aut
vv. 12|13 in mentem ei veniet Carm. II, 16, 17—20 simillimorum et Epist. I, 11, 26|2
29|30.*) Quorum cum et tota vis et singula verba mirum quantum cum huius epistu
versibus 11—13 conveniant, quos a totius epistulae argumento aversissimos ferri in
nequaquam posse supra demonstravi, mihi quidem dubium non videtur quin sint int

*) Epist. I. 14, 11: „Cui placet alterius sua nimirum est odio sors."
Sat. I, 1, 1—3: Qui fit, Maecenas, ut nemo quam sibi sortem
seu ratio dederit seu fors obiecerit illa
contentus vivat laudet diversa sequentis.
Epist. I, 14, 12—13: Stultus uterque locum immeritum causatur inique,
in culpa est animus qui se non effugit unquam. (verte.

polatoris qui perlecto v. 10 versus 11—13 interseruit, praesertim cum fieri non posset quin et versibus 43—44 et totius epistulae argumento similium quos ante apud Horatium legerat saepius locorum ad memoriam revocaretur, quo in numero sunt Sat. I, 1, 1—12; II, 7, 22—112; Carm. II, 16, 17—20; III, 1, 35—37; Ep. I, 1, 80—89; I, 8, 12; I, 11, 26—27. His igitur deletis versibus, ne „causamur“ quidem pro „causatur“ opus est substituere, qua de re aliter alii usque ad hoc tempus iudicant, cum pars verbo „uterque“ Horatium et vilicum, pars quoslibet duos homines, quorum alter alterius sorti invideat, significari contendant. Quod autem Ribbeckio placet, ad totius epistulae genus dicendi hilare et familiarissimum, quo poeta se simulet uti disputantem cum servo suo, magis accommodatum esse verbum „causamur“, id vereor ne parum huc pertineat, praesertim respiciens et vv. 27, 29, quibus satis severe Horatius neglegentiae ac pigritiae vilicum arguit, et vv. 43—44, ex quibus heri Romani in servos acerbitatem elucere ipse Ribbeck recte sentit cum dicit (p. 151): „Die ganze Derbheit des römischen Herrn dem Diener gegenüber tritt in diesen beiden letzten Zeilen zu Tage. Das Gesinde ist vor allen Dingen zur Arbeit da so gut wie das Vieh im Stalle“ etc. Nec vero non est apertum, transpositis vv. 6—9 et sublatis vv. 11—13 non solum ad v. 5 commode adiungi v. 10, sed etiam ad hunc optime accedere vv. 14 sqq. Nam postquam per iocum ad certamen vilicum provocavit Horatius, uter sit pro sua parte praestantior (vv. 4|5), in initio disputationis id ponit quod eius caput et summa est (v. 10): „Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum“, quod disceptanda hac controversia et afferendis utriusque causis illustrandisque iis rebus, a quibus natum sit in ipso ruris studium, in vilico urbis desiderium, id agit specie ut hunc ad sanitatem perducat, re vera ut amicis suis necessariisque ostendat, cur tam raro Romam veniat. Quae quaestio quam brevissima simplicissimaque ad servi ingenium tardum praeclare accommodata est. Quid? quod vv. 11—13 etiam a vv. 14—17 vel potius 16|17 admodum alieni sunt, quia illic culpat animum suum, hic collaudat? Quae cum ita sint, non dubito vv. 11—13 exstinguere. Cum hac re et Ribbecki illa versus 31 post v. 13 transmutatio concidit, et Schützi sententia qui l. l. p. 105 asseverat in vv. 10—13 inesse quaestionem totius epistulae. Lehrs autem cur etiam versum 10 deleverit neque ipse argumentis firmat neque ego video.

Sequitur ut de vv. 37—39 dicendum sit, num recte ante v. 32 collocaverit Ribbeck. Ac primum quidem „urbanis diariis“ (v. 40) non „cena brevis“ (v. 35) opposita est (id quod Ribbeck putat), sed „usus lignorum et pecoris et horti“ (vv. 41, 42), quoniam urbana diaria in dies singulos demensa et parca cenae brevi, quae ipsa quoque tenuis et angusta est, non sunt contraria sed similia. Quae autem contraria non sunt, ne opponi quidem inter se possunt. Contra „usus lignorum et pecoris et horti“ ruri est affluens,

---

*) Carm. II, 16, 17—20: Quid brevi fortes iaculamur aevo
multa? quid terras alio calentes
sole mutamus? patriae quis exsul
se quoque fugit?

Epist. I, 11, 26—27: (curas) „non locus effusi late maris arbiter aufert,
caelum, non animum mutant qui trans mare currunt.“

ibd. 29—30 . . . . „quod petis (bene vivere) hic est,
est Ulubris, animus si te non deficit aequus.“

affluentior certe quam in urbe, ergo contrarius urbanis diariis parcis et re vera oppos
Accedit quod v. 40, in quo haec verba leguntur, multo longius abest a versu 35, in
sunt verba „cena brevis", quam a versibus 41|42, in quibus sunt verba „usum lignor
etc. Quae cum ita sint, hanc Ribbecki sententiam sequi non possum. Neque vero alte
eius argumentum magis nos cogit ut vv. 37–39*) transmutemus (cf. l. l. p. 148,
v. u.; „vielmehr steht dasselbe (das Lob des Landlebens) namentlich das idylli
humoristische Bild des städtischen Gutsherrn, **der in der Vigne emsig das Grabsc**
führt etc. . . . . . in offenbarem Gegensatz zu den oben geschilderten Beschwerden
vilicus" etc.) Nusquam enim cum nobis traditum sit, Horatium in villa sua operi rus
aut ipsum praefuisse aut manus admovisse strenue aut in culturam incubuisse, sed d
otio et litteris et Musis totum se dedisse, nisi quod interdum animi causa „saxa et glaeb
eum movisse verisimile est: **unus** v. 39 **quinque** illis versibus (26—30), quibus vili
laborem gravem et molestum querentem facit, adeo non potest comparari neque opposi
esse, ut antecedentibus vv. 37|38, a quibus proximus est, respondeat haud dubie
cum iis artissime coniunctus sit; 37|38: „Non istic obliquo oculo mea commoda quisqu
limat, non odio obscuro morsuque venenat; 39: (**sed**) rident (sine malevolentia) vi
(rustici simplices) (dominum praedii ipsum interdum) glaebas et saxa moventem (aegre
incommode). Praeter necessitatem igitur hoc mutavisse videtur Ribbeck, quamquam r
ita inepte vv. 37—39, si ante vv. 32 sqq. legerentur, versibus 6—9 transpositis quid
post v. 30 succederent. Sed cum hunc locum ex codicum auctoritate a primo n
obtineant, non alienum videtur qua re optime post v. 36 legantur docere. Jam su
ostendi, transpositis vv. 6—9 bene inter se congruere et opponi duas illas period
quarum altera versus $^1/_2$21 - 30, altera vv. 6|9 + 32 39 - deleto v. 31 complecteret
Namque illic primum, (vv. 19 - 26) quare urbem vilicus desideret, deinde (vv. 26—3
quid sit cur rus fastidiat, profertur, hic primum (vv. 6 9 + 32|34), Horatius quantopere
urbe abhorreat, deinde (vv. 35—39), quapropter rus ei sit in amore ac deliciis, ut ute
que eorum primum de urbe, deinde de rure quid sentiat explicet. Quae cum ita si
vv. 37|39 optime suum obtinere locum, Ribbecki transmutationem esse supervacanea
censeo.

Proximum est ut exponam, de versu 36**) quid faciendum videatur. Eteni
quod Ribbeck eum versui 35 succedere passus non est probo laudoque, quandoquide
in v. 35 non inest quo referatur v. 36, i. e. quod pudeat hominem eruditum. Cont
quod decet maxime in eo legitur. Nonne igitur bene fecit vir ille doctissimus qu
v. 36 in parenthesi ante v. 35 collocavit, cum in vv. 32|34 exstet apertissime qu
dedeceat pudeatque? Esto: concedamus v. 36 ante v. 35 facilius ferri posse: quid
prudentius eum nonne prorsus delendum fuisse existimatis, cum et versuum 32—
decursum tenerum ac mollem, coniunctissimorum praesertim cum vv. 37|39, veheme

*) vv. 37—39: „non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
limat, non odio obscuro morsuque venenat;
rident vicini glaebas et saxa moventem."

**) „Nec lusisse pudet sed non incidere ludum."

tissime perturbet neque vero sit heri Romani servo se excusare, etiamsi iuvenilis eius levitatis conscius sociusque fuerit? Adde verbum „decuere“ (v. 32), quo significari videtur, eiusmodi voluptates non solum aetatis quasi excusationem habere, cum adulescentibus non sint plane indignae, sed etiam convenire quodam modo florenti aetati. Sed nimis multa: perspicuum est enim versum 36 morum alicuius praeceptoris ac patrui esse, qui miratus erat herum Romanum cum servo tam aperte ac familiariter agere, subditicium ergo ac delendum.

Deinceps de iis Lehrsi commutationibus dicendum, quas adhuc non diiudicavi.

Ac primum quidem quod versum 5 lacuna corruptum esse vult, infra loco magis idoneo exponam; quod cum vv. 11—13 etiam 10 sustulit, de ea re quid mihi videatur supra protuli. Deinde vv. 16|17 post v. 28 posuit exstinctis vv. 29—31, nimirum ut et versibus 6—9 incipientibus a pronomine „me“ (deletis vv. 10—13) responderent versus 14|15, et eiusmodi versibus (16|17) potiretur, quorum pronomen „me“ initium sit bene oppositum illi pronomini „tibi“, quod in v. 21 legitur,*) (id quod Ribbecki auctoritatem secutus ego ita institui, ut vv. 6—9 post v. 30 (deleto v. 31) transponerem.) Ac Lehrsi illud mihi non placet, quod vv. 14—17 inter se sunt coniunctissimi, quippe in quibus vilici inconstantiae Horati constantia ita opponatur ut utrique eorum bini hexametri tribuantur. Quae aequabilitas Lehrsi commutatione interit.

Tum vv. 29—31, 36, 44 delevit Lehrs. Ac vv. 31 et 36 quidem recte et iure eum sustulisse supra demonstravi; vv. 29|30 cur optime manere in loco suo existimem, infra explicare loco magis opportuno conabor. V. 44 („quam scit uterque libens censebo exerceat artem“) rectius conservari quam tolli mihi videtur, quia totam epistulam melius ad finem perducit quam v. 43. Hoc enim versu cum dehortetur Horatius simili quodam usus vel negando tanquam doceat vilicum, quid non sit faciendum, ne perversis votis ac libidinibus iactetur, versu 44 affirmando et quasi legem constituens addit, quid sit faciendum ut aequum sibi animum comparet sorteque sua contentus vivere possit. Qua re et ficta illa epistulae ad vilicum missio cum delectatione legentium ad finem peragitur et controversia illa Horati et vilici diiudicatur, maxime futuri temporis („censebo“) vi, qua herus praedicit servo ut ne unquam post de vitae suae condicione queratur, quandoquidem futurum sit ut semper eadem qua nunc ratione a se repellatur. —

De singulis rebus, quas aut Ribbeck aut Lehrs mutavit, quid quibusque de causis sentirem, satis dictum est, nunc in uno conspectu ponam rebus a me mutatis quae exsistat totius epistulae nova forma, quo facilius intellegatur, quid ea ad singu-

---

*) vv. 6—9: „me quamvis Lamiae pietas et cura moratur“ etc.
14|15: „tu mediastinus tacita prece rura petebas,
nunc urbem et ludos et balnea vilicus optas.“
vv. 21 sqq.: . . . . . „Fornix tibi et uncta popina
incutiunt urbis desiderium“ etc.
16|17: „me constare mihi scis et discedere tristem
quandocunque trahunt invisa negotia Romam.“

larum rerum contextum totiusque epistulae argumentum illustrandum percipiendumq conferatur.

Suspecti mihi sunt, ut ferri non posse existimem — nisi forte tantum dan consuetudini ut fabulas audire quam vera quaerere malimus — vv. 11, 13, 31, vv. 6|9 post v. 30 collocandos esse censeo. Nam v. 11 cum sit de iis qui alter sorti invident quod primis ut dicitur labris eam gustaverunt et quasi procul adspicien non penitus noverunt, ab Horati animo plane alienus est, quippe qui vitam rustica non leviter desideret, non idcirco quod vilicus ruri degit beatusque ei videtur, ver quod amoenitatem frugalitatemque vitae rusticae ac liberum otium vere adamave diu multumque ipse expertus. Quid? Adeone stultus fuit Horatius ut in vv. 11 eiusdem se ac vilicum stultitiae argueret, paulo post reprehendere illum atque sanitatem revocare animum induceret? (Nam eos non audio qui hoc loco non Horati et vilicum sed aliquos homines significari volunt qui inter se invideant, q versu 10 revincuntur, ad quem referri vv. 11—13 necesse est.) Deinceps v. 31 delend esse censeo, quia non modo **concentus** per totum carmen nullus apparet, sed etiam primis epistulae verbis usque ad extrema dissensio acerrima et manifestissima premit maxime in vv. 1|2, 10, 14—17, 18|19, 20|21; v. 36 proptera tollendus mihi videt quod versus 32|35 a versibus 37 sqq., quibuscum artissimis vinculis coniuncti su molestissime seiungit; vv. 6—9 post v. 30 (deleto v. 31) ponendos esse existimo, qu et ad vv. 21—30 („Fornix **tibi**“ etc.) desideratum debitumque antitheton („ quamvis“ etc.) adiungunt et insequentium versuum (32 sqq.) pronomini „quem“ t posito in initio versuum 32, 33, 34 praebent ad quod referantur et opportunissime applicent. Haec denique optima mihi videtur epistulae forma ut legatur:

Exordium. Einleitung von 5 Versen (wie der Schluss) 3 + 2	1. Vilice silvarum et **mihi me** reddentis agelli, quem **tu** fastidis habitatum quinque focis et quinque bonos solitum Variam dimittere patres, certemus spinas animone **ego** fortius an **tu** 5. evellas agro et melior sit Horatius an rus. („rus“ cum Da Heinsio et Bentleio lego pro „res“).

(6—9 transpositi sunt post v. 30.)

Propositio. Thema. 10. Rure **ego** viventem, **tu** dicis in urbe beatum.

(11—13 deleti sunt.)

Tractatio. Ausführung. 28 Verse = 4 + 3½ + 9½ + 11	4 (2 + 2)	14. **Tu** mediastinus tacita prece rura petebas, 15. nunc urbem et ludos et balnea vilicus optas; **me** constare mihi scis et discedere tristem quandocunque trahunt invisa negotia Romam.
	3½	Non eadem miramur, eo disconvenit inter **meque** et **te**, nam quae deserta et inhospita tesqu 20. credis, amoena vocat **mecum** qui sentit et odit quae **tu** pulchra putas. | Fornix TIBI et uncta popir

Tractatio. Ausführung. 28 Verse = 4 + 3½ + 9½ + 11

9½

incutiunt urbis desiderium video et quod
angulus iste feret piper et tus ocius uva,
nec vicina subest vinum praebere taberna
25. quae possit tibi, nec meretrix tibicina cuius
ad strepitum salias terrae gravis; et tamen **urgues**
iam pridem non tacta ligonibus arva, bovemque
disiunctum curas et **strictis frondibus exples**;
addit **opus pigro** rivus, si decidit imber,
30. multa mole docendus aprico parcere prato.

11

6. ME quamvis Lamiae pietas et cura moratur
7. fratrem maerentis, rapto de fratre dolentis
8. insolabiliter, tamen **istuc** mens animusque
9. fert et avet spatiis obstantia rumpere claustra.
(„avet" lego pro „amat" cum Bentleio.)
(v. 31 deletus est.)
32. Quem tenues decuere togae nitidique capilli,
quem scis immunem Cinarae placuisse rapaci,
quem bibulum liquidi media de luce Falerni,
35. cena brevis iuvat et prope rivum somnus in herba.
(v. 36 deletus est.)
37. Non **istic** obliquo oculo mea commoda quisquam
limat, non odio obscuro morsuque venenat,
rident vicini glaebas et saxa moventem.

Conclusio. Schluss von 5 Versen (wie die Einleitung.) 3 + 2

40. Cum servis urbana diaria rodere mavis,
horum tu in numerum voto ruis; invidet usum
lignorum et pecoris tibi calo argutus et horti.
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus;
44. quam scit uterque libens censebo exerceat artem.

Lectio quae mihi placeat videte; nunc exponamus cur codicum vulgari scripturae praeferenda sit. Cuius quidem rei causae sunt duae: una quod ex nova hac quam modo aute oculos proposui forma epistulae verum argumentum et summa clarius elucet faciliusque enucleatur, altera quod ea etiam singularum rerum contextus et verborum perpetuitas recte et ratione disponuntur.

Ac de argumento summaque totius epistulae initio quidem, ut aperte dicam, diu dubitabam eoque magis quo diligentius quid viris doctis placeret perlustrabam animo. Tantum enim abest ut idem fere sentiant, ut suam quisque sententiam ac propriam aperiat et sibi ipse plaudat. **Acron**, ut ex innumerabili fere interpretum multitudine paucos eligam, ad verbum „vilice" annotavit: „Castigat vilicum suum quod illi ager sordeat quem quinque aliquando possederunt senatores." (!) **Porphyrion**: „Ad vilicum suum hanc epistulam scripsit, in qua ait: omnem hominem vitiosum voluntatis suae poenitet. Simul comparat se et illum satirice quaerens uter prior sit."

Cruquius: „Non aequo fert Horatius animo, Sabinum agellum quasi sterilem vi suo non esse curae." **Dacier:** . . . „pour le corriger de cette inconstance, dont il marque les causes" etc. **Doering:** „ . . . . utrum plus valeat virtus Horatii repellendis vincendisque iis quae animum turbant, an vis illa quam rerum habendar cupiditates curaeque in animum habent." **Rappolt** Horatium hac epistula fa *μεμψιμοιρίαν* vituperantem et vilici et calonis. Contra ea suo exemplo opposit constantiam animique aequitatem, *αὐτάρκειαν,* eum inculcare eademque opera doc rusticam vitam urbanae longe praestare. Quamquam enim se quoque stultitiae argu quod uterque loco tribuat quod ab animo petendum sit, tamen se esse longe constar orem vilico eum demonstrare. **Weichert:** Hac epistula ficta eum respondisse amic qui, ut semper eum secum haberent, villulae Tiburtinae obtrectavissent; neque se es inconstantem et agriculturae causa ruri esse debere et ibi beate se vivere.

Passow similiter ac Weichert.

Wieland: Hanc epistulam scripsisse Horatium ad omnes eruditiores aeta suae homines, qui ut amici eius amorem ruris admirarentur.

Jacobs, Bach: Propter auctam donata villula inimicorum invidiam eum ha epistulam scripsisse ut iis ostenderet non esse illam magni pretii sed se ea contentu eademque de causa ibi se esse libentissime.

Orelli similiter, nisi quod addit: simul autem amicis, quos interdum mira videbat cur tam libenter in aspero illo Sabino degeret, rationes exponit quibus a secessum istum urbi saepe praeferendum impellatur.

Döderlein, Düntzer, Dillenburger, Krüger fictam esse hanc epistulae a vilicum missionem consentiunt; **Döderlein** autem addit: „Der Zweck mag, wie Vie wollen, eine Apologie von Horaz' Vorliebe für das Landleben sein, für das **Publicum** berechnet, das sich wunderte," etc. Dem Inhalt nach ist der Brief **nur eine neu Ausführung von des Dichters Lieblingsgedanken,** Epist. I, 11:

„quod petis (das bene vivere) hic est,
est Ulubris, animus si te non deficit aequus."

„Wer mit sich selbst in Freud' und Frieden lebt,
Der findet Freud' und Frieden überall."

Düntzer: „Für seine **Freunde** ist auch dieser Brief ohne Zweifel. Der To des Bruders des Lamia hatte den Dichter längere Zeit zu Rom festgehalten, er fühlt sich aber nicht wohl dort, es zog ihn nach seinem Sabinum. Die Freunde wunderte sich darüber. Dieser Verwunderung zu begegnen schrieb er den Brief, etc. An ein wirkliche oder fingierte Aeusserung des Vilicus über die merkwürdige Neigung seine Herrn für das Landgut knüpft er an, **wie er sich nur in stiller Einsamkeit woh fühle."** **Dillenburger** similiter ac Düntzer. **Krüger:** „Die an dem Vilicus wahrge nommene oder vielleicht auch nur fingierte **Unbeständigkeit** und **Unzufriedenhei** mit seinem Loose benutzt der Dichter bloss als eine Veranlassung, **sich über diese Fehler auszusprechen,** indem er in seiner **Liebe für das Landleben** beharrliche ist, als es wahrscheinlich **den Freunden** angenehm war. Mochten diese also aus der

Briefe ersehen, **aus was für Gründen er ihrem Wunsche nicht entsprechen konnte**" etc.

Schütz: „Die Verse 10—13, die Lehrs verwirft, bilden das Thema, über das gesprochen wird; dass dies in fast lauter Sentenzen hingestellt wird, ist echt dichterisch und echt Horazisch." Quae infinita sententiarum multitudo et fides dubia non interpretum sed lectionis (librorum manu scriptorum) vitio conflata videtur, ac non mediocriter clam insertis vv. 11—13, quibus iocosa illa cum vilico certandi ratio ingravescit nimis, proinde quasi serio de moribus suis et illius agere cum illo voluerit potueritve Horatius. (Cf. supra quod argumentum epistulae esse vult Porphyrio, Döring, Rappolt, Weichert, Döderlein, Krüger, Schütz.) Verba ipsa epistulae secutus sic existimo: Initio quidem versibus 4|5 apertum patefactumque videtur, quo consilio hanc epistulam scribere Horatius constituerit, siquidem proponit vilico: Certemus animone ego fortius an tu evellas agrò, et melior sit Horatius an rus, h. e. „Lass uns ausmachen, ob die Dornen dem (= meinem) **Geiste ich** tüchtiger oder **du** ausreutest dem **Acker** und (also) besser im Stande ist Horaz oder sein Gut." (Suum ipsius animum eum significare voluisse apparet ex additis verbis „et melior sit Horatius an rus"); sed quid sibi velit verbum spinarum hoc loco, cum omnia animum vexantia intellegi possint ut curae ac sollicitudines, cupiditates ac perturbationes animi vel alia eius vitia perversitatesque, per se non satis liquet neque ante definire instituam quam qua de re agatur in plurimis epistulae versibus perspexero. Versus igitur 1—3 sunt de contraria Horati et vilici affectione, qua commotus villam Sabinam hic fastidit, ille in sinu gestat; vv. 4|5 de certamine quodam, quod vilico proponit Horatius de animi agrique sui cultura; vv. 6—9 de Horati praedii sui etiam tum (gravissima necessariaque re Romae retenti) perpetuo desiderio, vv. 11—13 de Horati et vilici (villae et urbis desiderii) communi stultitia, vv. 14|15 de vilici urbis cupiditate incerta et inconstanti, 16|17 de Horati ruris amore certo et constanti; vv. 18—½21 de causa huius discrepantiae, quae oriatur a contrario utriusque (aut ruris aut urbis) studio; vv. ½21—30 de principio ac fonte unde manet vilici urbis studium, quae sit animi eius perversitas, quod duabus maxime perturbationibus agatur, sordida libidine (fornicis, popinae, tabernae, meretricis, saltandi) (vv. ½21—26) et deside pigritia (vv. 27—30); v. 31 de Horati vilicique discrepantiae causa vel principio generatim atque universe (sed obscure!); vv. 32—39 (excepto v. 36) de principio ac fonte ex quo manet Horati ruris studium, quae sit animi virtus, quod honestis duabus de causis sic sentiat, temperantia (32—35) et vitae animique tranquillitate (quam invidorum inimicorumque fuga conservare studeat) (37—39); vv. 40—42 de stulto vilici urbis desiderio (illustrato opposita calonis arguti in urbe contraria voluntate; 43—44 de castigato repulsoque vilici stolido agelli taedio. Denique cum ex quadraginta quattuor omnino versibus triginta tres vel triginta sex (1—3, 6—9, 14—17, 18—30, [31?], 32—35, 37—39, 40—42, 43—44) sint de ea re, urbs an rus praeferendum sit, ut deductis illis reliqui sint versus octo vel undecim, quorum quinque delendos esse supra demonstravi, multo maiore epistulae parte id agitur ut diiudicetur, ruri an Romae vitam degere praestet,

vel potius utrius causis rationibusque in hoc certamine plus tribuendum sit, Horat vilici; nam si universam illam rem disceptare voluisset poeta, multo ei plura affer erant cur aut urbs aut rus praestantior videretur, sed hoc loco singillatim agit cum vilico. Quorsum igitur haec disputo? Ut intellegatur tota hac epistula id spe Horatium haud dubie ut doceat vilicum accommodate ad eius vulgarem intellegen tardumque ingenium, cur rus urbi anteponendum beatusque videatur is cui ruri esse li Quod quidem epistulae argumentum nova illa, quam paulo ante ostendi lectione n lucidius evidentiusque apparet deletis versibus illis molestis suspectisque, praesertin ubi se ipsum stultitiae arguit Horatius, et transmutatis vv. 6—9 post v. 30, nan v. 10 („Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum") optime succedens versui ! **propositum** (in vv. 1—5) certamen **causam** (certaminis) **constitutam** adiungit totiu epistulae quaestionem ponit. **In v. 10 igitur argumentum ac summa epistulae in** Dicet aliquis: Tu paulo ante affirmavisti in vv. 4|5 inesse videri epistulae rem propos et quasi propositionem; nunc idem versui 10 tribuis? Qui potest certamen illud „sp animone ego fortius an tu evellas agro" etc. convenire cum hac controversia orta de aut urbis praestantia? — Qua difficultate implicatus, opinor, Lehrs post versus 5 ver „agro" lacunam esse suspicatur, ut scribat:

„evellas agro . . . .
. . . . et melior sit Horatius an

sed amplius nihil addit aut conicit, quid ibi restituendum videatur, qua re vereo significet de emendando hoc loco se desperavisse. —

Conveniunt sane duae illae quaestiones vel certamina et quasi in unum conflu ut Lehrsi illa difficultas lacunae plane dissolvatur hoc modo: Incultus*) ille agri Hora (cuius culpa est in vilico) et vilici illud ruris fastidium eodem ex fonte manant, qui **animus** eius rudis et incultus; nam propter sordidam libidinem ac pigritiam et rus postponit et agelli culturam neglegit. Quod paulo accuratius exponere non alienum vid quo facilius intellegatur, versus 4|5 cum v. 10 reliquisque versibus triginta quinque qui sunt de urbis aut ruris praestantia, artissime coniunctos esse. Quaeramus igit placet, quomodo certet Horatius cum vilico, „spinas animone ipse fortius an ille ev agro et melior sit Horatius an rus" (res), cum paulo post longe plurimis epistulae vers id agat ut rus urbi anteponendum esse illum doceat. **Certantne igitur Horatiu vilicus?** Sane certant, vel potius Horatius cum vilico, cum utriusque argument rationes, cur ita sentiat de urbe rureque, inter se opponit. **Efficiturne hinc ut spi animo suo Horatius evellat fortius quam agro vilicus?** Efficitur haud dubie. Hor enim spinas, quae sunt cupiditates, impetus, concitationes, quibus animus quasi com gitur et cruciatur stimulis admotis ut prava et sentiat et sectetur, ex animo suo iam m ante evellerat tam fortiter, ut tunc constanter rus anteponeret urbi ibique quamdiu lic commoraretur, etsi ruri voluptates quas dicebant urbanas illas (honores, ludos, conv comissationes, amores, balnea, alia id genus) sibi parare non poterat. Ne desider

*) Usus sum hoc verbo haud ita usitato propter commodam eius brevitatem.

quidem iam aut illa voluptaria, etsi facillime sibi comparare poterat, aut urbem omnino, etsi magno ibi in honore multisque gratus erat, sed omnia illa fugiebat, quippe quas neque veras esse neque ingenuas voluptates sibi persuasisset. Rus semper tendebat ubi villula amoena et otio dulci et litteris Musisque et aliis animi oblectamentis honestis frui liceret, tranquillitate denique vitae animique tuta ab invidis atque inimicis. Videlicet spinas illas, quibus adulescentem se vexatum libere fatetur (v. 32|34) animo fortissime evellerat, fortius mehercule quam vilicus. Hunc suo animo spinas illas non evellisse omnino aperte rectaque eum docet dupliciter, cum villam Sabinam eum facit fastidientem et urbis illas voluptates sordidas abiectasque desiderantem (vv. 19—26), deinde — nam quem sortis suae taedet, is profecto neglegat officium ac munus suum necesse est — cum querentem eum facit ita de gravissimis suis laboribus (vv. 26—30) ut pugnantia dicat verbisque oxymoris usus eum redarguat et ironia legentes delectentur. Quod quidem ad unum omnes qui in interpretanda hac epistula elaboraverunt adhuc non vidisse aut silentio praeterisse miror. Nam quid magis pugnat quam (vv. 26|27) **„urguere** arva" (h. e. summo labore et perpetuo percolere), **iam pridem non tacta ligonibus** (schon längst nicht einmal oberflächlich berührte); quid magis pugnat, quaeso, quam (in vv. 27|28) **strictis frondibus** (h. e. frondibus raptim ac parce coactis) **explere** bovem (h. e. satis superque et cumulate instruere et exsaturare). Praeterea quis homo rusticus ac diligens frondibus pascit boves, non herbis vel gramine? Qua re significari videtur, vilicum neglegentem undique pabulum petere ne eius quidem rei ratione habita, quod bubus pabulum sit natura tributum et salubre;*) quid denique magis pugnat quam (in v. 29) **opus** addere — **pigro**, sive verbum „operis" indidem ducimus unde Graecum „ἕπειν", h. e. (um Etwas sein, eifrig um Etwas beschäftigt sein, etwas eifrig besorgen, betreiben) sive a stirpe „σεπ", unde etiam verba „ἕπεσθαι" et „sequi" derivantur, h. e. einer Sache folgen, nahe sein, mit ihr beschäftigt sein, sive a stirpe „op" = „Kraft, Mittel, Macht, Förderung", (cf. ὀφέλλειν, fördern, mehren, vergrössern; opulentus); quis autem homo piger industrie aut diligenter agit? Quam ob rem Lehrsi sententiam non probo, qui in verbo „pigro" tam vehementer offendit ut aut „gnavo" pro eo substituendum aut totos vv. 29|30 delendos esse vult, cum neque is qui urgueat arva piger nominari possit neque omnino sit verisimile, Horatium eum tam aperte pigrum compellavisse quocum coram omnibus disputet, etsi superior, quo tam familiariter utatur ut sua ineuntis adolescentiae vitia eum non celet. Et ex his et ex ceteris quae ad hos versus et ad v. 28 disputat Lehrs, intellegitur, vv. 26—30 quid sibi velint ab eo parum perspectum esse. Accedit ut exstinctis his versibus satis multos relinquat locos, ubi non minus aspere et acerbe illum incuset Horatius ut in vv. 14, 15, 19—26, 44. Praeterea ne obliviscamur, hanc epistulam nomine ac specie esse ad vilicum scriptam, re vera amicos (omnesque

---

*) Probe scio a poetis vocabulo „frondis" etiam herbas et gramen significari ut loco simillimo Ov. Metam. II, 269 Tellus ipsa de se praedicat: „quod pecori frondes alimentaque mitia . . . . . ministro"; sed cum in hac epistula communi ac vulgari interdum sermone consulto utatur poeta, ut qui sit vilico aptissimus, nihil impedit quominus ita interpretemur.

homines eruditos) spectare et antiquitus servos plerumque haud ita clementer tracta esse. Contra igitur ac Lehrs propter ipsa verba contraria et facete inter se oppos egregium existimo esse v. 29. Eadem de causa Schützi illa interpretatione (l. l. p. 1(„piger wohl nicht gerade faul, sondern eher unlustig; man sieht ja, dass der Arme si weidlich abquält" nihil opus est. Quae cum ita sint, quaerere omittimus, quomodo eo quod uterque sentiat de rure et urbe, cognoscatur, **Horatius melior sit an ru** Nempe videmus Horati animum ab ipso diligentius fortiusque cultum esse quam a vili agrum. Quibus rebus expositis satis docuisse videor, verum epistulae argumentum ines in v. 10 et cum hoc maximaque epistulae parte artissime coniunctos esse vv. 4|5, concidat Lehrsi illud „Mit der blossen Vergleichung der Dornen, die sich Horaz a seiner **Seele** und die der Vilicus aus dem **Acker** zieht, ist der **Uebergang zu de Folgenden** noch nicht gegeben, in welchem Horatius das **Innere** des Vilicus selbst m seinem eigenen Innern gegeneinander stellt." Et profecto prudenter ac facete Horati non scripsit „Certemus spinas animone ego fortius an tu evellas" omisso verbo „agro quia adiecto hoc ipso verbo non solum ad hebetis vilici ingenium praeclare descendit se etiam urbanum lepidumque illum verbi „spinarum lusum sibi comparavit. Quin absurdu fuisset, si vir eruditissimus et clarissimus servum satis sordidum ad certamen de anin praestantia **aperte et recta** provocavisset; quam ob rem per iocum et **circuition quadam** cum vilico agit, re vera id spectabat in scribenda hac epistula ut amicos suo (aliosque homines eruditos) doceret cur villulam suam adeo urbi anteponeret; atque init illo **cum vilico** certamine lascive significat, causas suas esse tam perspicuas ac per s faciles ad intellegendum, ut vel stultissimi eas cognoscere possint, nedum tanta admiration totque percontationibus amicorum opus sit. Sed haec quidem de vero totius epistula argumento ex hac quae mihi placet quam ex codicum scriptura facilius clariusqu enuclanda; nunc videamus quantum valeat ad singularum rerum contextum et verborum perpetuitatem ratione et rectius disponenda. Hic confer, quaeso, tabulam illam exemplumque epistulae uno in conspectu positum (pag. 9, 10). Ac rerum quidem contextum meam lectionen sequens hunc reperio:

Vv. 1—5 sunt epistulae **exordium** vel potius principium quod dicitur,

v. 10, qui ex mea epistulae mutatione proxime accedit ad illos, est **propositi** epistulae. Cohaerent autem inter se aptissime, cum vv. **1—5** egregie in quaestionen epistulae vere propositam (v. 10) et in fictam eius conformationem (quod es certamen specie initum ab Horatio et vilico) introducant legentes, siquidem e vv. **1—3** ab initio elucet, quam contraria de Horati rure sentiant ipse et vilicus et ex vv. 4|5 oritur certamen illud, uter sit prior. Cuius certaminis quaesti ponitur ac definitur in v. 10, ubi quam brevissime simplicissimeque pro vilic ingenio tardo pronuntiatur, qua ex re facillime possit intellegi, uter (et pro sua parte et animo et vitae ratione) prior sit.


Vv. 14—39 (deletis vv. 11—13, 31, 36, transpositis vv. 6—9 post v. 30) sunt **tractatio,** quae ipsa quoque ad vilici ingenium ita instituta est, ut perpetuis deinceps antithetis, sicut exordium et propositio, quam maxime perspicue procedat

Quae antitheta sunt quattuor numero (vv. 14|17; vv. 18|19; vv. 19|21; v. 21|30 + 6|9 + 32|39;). Primo antitheto inter se opponuntur vilici urbis cupiditas incerta atque inconstans et Horati ruris amor certus ac constans, altero et tertio agitur de causa huius discrepantiae quae oriatur a contrario utriusque (aut ruris aut urbis) studio; quarto antitheto opponuntur duobus vilici vitiis duae Horati virtutes, ex quibus ut principio ac fonte manet et vilici urbis desiderium et Horati ruris amor. Vitia illa sunt libido sordida (vv. ½21—26) et pigritia (vv. 26—30), hae virtutes temperantia (vv. 32—35) et animi tranquilli studium (vv. 37—39). Quod antitheton oppositis pronominibus secundae et primae persone male careret, nisi vv. 6—9 post v. 30 transpositi essent, ut pronomini „tibi" (v. 21) responderet pronomen „me" (v. 6). Ita vv. 6—9, quos post v. 5 supervacaneos et molestos esse supra exposui, concinnitatem hoc loco adiuvant et post amplam illam de vilici vitiis periodum optime ad Horati virtutes traducunt, a quibus perpetuus ille ruris amor, de quo sunt hi versus (6—9), repetendus est. Nec minus ea re huius loci vis contraria et concinnitas augetur, quod ex vv. 21|30 elucet, cur in urbem redire aveat (21—26) et ruri cur manere nolit (26—30) vilicus, ex vv. 6|9 + 32|39, Horatius cur in urbe nisi coactus esse nec possit nec velit (6|9 + 32|34) et cur villam suam urbi longe anteponat (35—39). Ita fit ut per chiasmum versus 21|26 respondeant versibus 35|39, versus 26|30 versibus 6|9 + 32|34.

Vv. 40—44 sunt **conclusio** epistulae. Cohaerent aptissime cum antecedentibus versibus et totam epistulam praeclare ad finem perducunt, cum stultitia vilici, quae tractatione demonstrata est, opposita calonis arguti calliditate (vv. 40—42) acerbe illustretur et ultimis duobus vv. (43|44) acerrime reiciatur.

Cui rerum artissimo contextui etiam verborum perpetuitas undique respondet, adiuta maxime conservataque perpetuis illis deinceps antithetis, quae a primo epistulae versu usque ad conclusionem pertinent.

Atque cum hoc lucido rerum verborumque ordine et conexu mira partium convenientia et apta membrorum compositio congruunt; nam **exordium** et conclusio sunt versuum quinorum (1—5, 40—44), qui sunt ex ternis atque binis versibus compositi (1|3 + 4|5; 40|42 + 43|44); **propositio** uno versu (10) continetur; **tractatio** versuum viginti octo in partes quattuor dividitur, quarum binae inter se sunt prope aequales, cum priores duae partes constent ex vv. quattuor (14—17) et tribus et dimidio (18—½21), posteriores duae ex vv. novem et dimidio (½21—30) et vv. undecim (6|9 + 32|39). Quo facto oritur haec partium aequabilitas:



quae multo simplicior evidentiorque est, opinor, quam codicum illa versuum distrac
quae ex hac tabula apparet:

$$5 + 4 + 1 + 3 + 4 + 3\tfrac{1}{2} + 9\tfrac{1}{2} + 1 + 4 + 1 + 3 + 5.$$

Forsitan quispiam dixerit, hanc minus aptam compositionem esse epistula
Horati propriam, cum imitentur hominum eruditorum sermones vel colloquia ex temp
fusa. Ego vero puto, hac in epistula ad vilici tardum ingenium optime accommoda
esse symmetriam illam neque distractionem tantam esse posse ut prorsus disicia
membra ac ne quaestio proposita quidem aut per se manifesta sit aut sine du
efficiatur; dubitari autem disceptarique de huius epistulae argumento ac summ
viris doctis vehementer, supra satis multis exemplis confirmavi. — Quibus re
expositis satis demonstrasse videor, quam multum haec quae mihi placet lectio et
totius epistulae argumentum summamque lucide definienda et ad singularum rer
contextum verborumque perpetuitatem enucleanda afferat.

Reliquum est ut exponam quomodo haec nova lectio ex ipsorum codic
instituta ratione et scriptura probari possit. Quid ergo? codicum ego fidem dubi
esse puto, quamquam paulum inter se distant? Puto dubiam ita ut prorsus null
habere dubitationem negem. Gothanum quidem mira perturbatione esse Ribbe
(l. l. p. 98 ff.) docet praeclare. Quid? quod Bobrik nuper Gryphiae probaturum
professus est universum carminum Horati qui nunc sit habitum, ordinem, divisione
compositionem non esse genuina omnino sed editionis satis recentis et arbitrio facta
Id igitur mihi concedatur ut explicem quomodo huius epistulae corruptio orta m
videatur. (cf. p. 19.)

Fac, quaeso, in singulis archetypi vel antiqui alicuius codicis, a quo recentior
qui nunc exstant, codices orti sunt, paginis versus **vicenos binos** ita scriptos fuisse
prioris paginae versus ultimi essent **titulus et quinque primi** huius epistulae hexame
Hoc posito et concesso in posteriore pagina (quae ipsa quoque duos et viginti vers
complectebatur) scripti fuerunt insequentes duo et viginti epistulae hexametri,
igitur 10, 14—30, 32—35. Huius paginae in **exteriore** margine adscriptos fi
postea ab aliquo et subditicios vv. 11—13 iuxta v. 10, et subditicium v. 31 iu
v. 30, post v. 35 autem, qui infimus erat paginae totius, v. 36 subditicium in **inferi**
paginae margine additum esse, **ut et exterioris et inferioris marginis pars litte**
inscriptus esset. Iam cum neglegentia alicuius librarii quattuor illi vv. 6—9,
erant post v. 30 scribendi, praetermissi essent, aut ipse ille aut proximus librari
qui codicem recognoscere et corrigere instituerat, **vv. illos 6—9,** quos praeteri
esse post v. 30 senserat, (quoniam et ipse ille iuxta v. 30 exterioris marginis lo
versu 31 et inferior paginae margo v. 36 erat occupatus) in **superiore***) pagir


*) Etiam in palimpsestis Plautinis, qui in antiquissimorum codicum Latinorum ma
scriptorum numero habentur, in superiore paginae 433 margine tres tetrametri trocha
(Mil. glor. III, 1, 194—196) additi sunt. cf. C. E. Geppert „Über den Cod. Ambr
Lpzg. 1847, S. 18.

Quae antitheta sunt quattuor numero (vv. 14|17; vv. 18|19; vv. 19|21; v. 21|30 + 6|9 + 32|39;). Primo antitheto inter se opponuntur vilici urbis cupiditas incerta atque inconstans et Horati ruris amor certus ac constans, altero et tertio agitur de causa huius discrepantiae quae oriatur a contrario utriusque (aut ruris aut urbis) studio; quarto antitheto opponuntur duobus vilici vitiis duae Horati virtutes, ex quibus ut principio ac fonte manet et vilici urbis desiderium et Horati ruris amor. Vitia illa sunt libido sordida (vv. ½21—26) et pigritia (vv. 26—30), hae virtutes temperantia (vv. 32—35) et animi tranquilli studium (vv. 37—39). Quod antitheton oppositis pronominibus secundae et primae persone male careret, nisi vv. 6—9 post v. 30 transpositi essent, ut pronomini „tibi" (v. 21) responderet pronomen „me" (v. 6). Ita vv. 6—9, quos post v. 5 supervacaneos et molestos esse supra exposui, concinnitatem hoc loco adiuvant et post amplam illam de vilici vitiis periodum optime ad Horati virtutes traducunt, a quibus perpetuus ille ruris amor, de quo sunt hi versus (6—9), repetendus est. Nec minus ea re huius loci vis contraria et concinnitas augetur, quod ex vv. 21|30 elucet, cur in urbem redire aveat (21—26) et ruri cur manere nolit (26—30) vilicus, ex vv. 6|9 + 32|39, Horatius cur in urbe nisi coactus esse nec possit nec velit (6|9 + 32|34) et cur villam suam urbi longe anteponat (35—39). Ita fit ut per chiasmum versus 21|26 respondeant versibus 35|39, versus 26|30 versibus 6|9 + 32|34.

Vv. 40—44 sunt **conclusio** epistulae. Cohaerent aptissime cum antecedentibus versibus et totam epistulam praeclare ad finem perducunt, cum stultitia vilici, quae tractatione demonstrata est, opposita calonis arguti calliditate (vv. 40—42) acerbe illustretur et ultimis duobus vv. (43|44) acerrime reiciatur.

Cui rerum artissimo contextui etiam verborum perpetuitas undique respondet, adiuta maxime conservataque perpetuis illis deinceps antithetis, quae a primo epistulae versu usque ad conclusionem pertinent.

Atque cum hoc lucido rerum verborumque ordine et conexu mira partium convenientia et apta membrorum compositio congruunt; nam **exordium** et conclusio sunt versuum quinorum (1—5, 40—44), qui sunt ex ternis atque binis versibus compositi (1|3 + 4|5; 40|42 + 43|44); **propositio** uno versu (10) continetur; **tractatio** versuum viginti octo in partes quattuor dividitur, quarum binae inter se sunt prope aequales, cum priores duae partes constent ex vv. quattuor (14—17) et tribus et dimidio (18—½21), posteriores duae ex vv. novem et dimidio (½21—30) et vv. undecim (6|9 + 32|39). Quo facto oritur haec partium aequabilitas:



quae multo simplicior evidentiorque est, opinor, quam codicum illa versuum distractio, quae ex hac tabula apparet:

$$5 + 4 + 1 + 3 + 4 + 3\frac{1}{2} + 9\frac{1}{2} + 1 + 4 + 1 + 3 + 5.$$

Forsitan quispiam dixerit, hanc minus aptam compositionem esse epistularum Horati propriam, cum imitentur hominum eruditorum sermones vel colloquia ex tempore fusa. Ego vero puto, hac in epistula ad vilici tardum ingenium optime accommodatam esse symmetriam illam neque distractionem tantam esse posse ut prorsus disiciantur membra ac ne quaestio proposita quidem aut per se manifesta sit aut sine dubio efficiatur; dubitari autem disceptarique de huius epistulae argumento ac summa a viris doctis vehementer, supra satis multis exemplis confirmavi. — Quibus rebus expositis satis demonstrasse videor, quam multum haec quae mihi placet lectio et ad totius epistulae argumentum summamque lucide definienda et ad singularum rerum contextum verborumque perpetuitatem enucleanda afferat.

Reliquum est ut exponam quomodo haec nova lectio ex ipsorum codicum instituta ratione et scriptura probari possit. Quid ergo? codicum ego fidem dubiam esse puto, quamquam paulum inter se distant? Puto dubiam ita ut prorsus nullam habere dubitationem negem. Gothanum quidem mira perturbatione esse Ribbeck (l. l. p. 98 ff.) docet praeclare. Quid? quod Bobrik nuper Gryphiae probaturum se professus est universum carminum Horati qui nunc sit habitum, ordinem, divisionem, compositionem non esse genuina omnino sed editionis satis recentis et arbitrio factae? Id igitur mihi concedatur ut explicem quomodo huius epistulae corruptio orta mihi videatur. (cf. p. 19.)

Fac, quaeso, in singulis archetypi vel antiqui alicuius codicis, a quo recentiores, qui nunc exstant, codices orti sunt, paginis versus **vicenos binos** ita scriptos fuisse ut **prioris** paginae versus ultimi essent **titulus et quinque primi** huius epistulae hexametri. Hoc posito et concesso in posteriore pagina (quae ipsa quoque duos et viginti versus complectebatur) scripti fuerunt insequentes duo et viginti epistulae hexametri, vv. igitur 10, 14—30, 32—35. Huius paginae in **exteriore** margine adscriptos finge postea ab aliquo et subditicios vv. 11—13 iuxta v. 10, et subditicium v. 31 iuxta v. 30, post v. 35 autem, qui infimus erat paginae totius, v. 36 subditicium in **inferiore** paginae margine additum esse, **ut et exterioris et inferioris marginis pars litteris inscriptus esset.** Iam cum neglegentia alicuius librarii quattuor illi vv. 6—9, qui erant post v. 30 scribendi, praetermissi essent, aut ipse ille aut proximus librarius, qui codicem recognoscere et corrigere instituerat, **vv. illos 6—9,** quos praeteritos esse post v. 30 senserat, (quoniam et ipse ille iuxta v. 30 exterioris marginis locus versu 31 et inferior paginae margo v. 36 erat occupatus) in **superiore***) paginae

*) Etiam in palimpsestis Plautinis, qui in antiquissimorum codicum Latinorum manu scriptorum numero habentur, in superiore paginae 433 margine tres tetrametri trochaici (Mil. glor. III, 1, 194—196) additi sunt. cf. C. E. Geppert „Über den Cod. Ambros. Lpzg. 1847, S. 18.

margine, qui unus etiamtum litteris vacaret, inseruit adnotans post v. 30 „hd“ („hic deest“), in superiore margine ante additos vv. 6—9 „hs“ („hic supplendum“ sive „hic sequitur“). Deinde is, qui primus codicem descripsit, et vv. 6—9 ante v. 10 scripsit non in margine sed in ipsis scripturae vel versuum lineis, spretis notis illis „hs“ et „hd“, et subditicios versus 11—13 post v. 10, versum 31 post v. 30, v. 36 post v. 35 ab exteriore margine transscribens ipsi carmini inseruit. Apparet igitur quomodo corrupta codicum lectio orta esse possit.

Hanc igitur archetypi formam intellegi volo:

Pagina prior.

Margo superior.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

Prioris epistulae vv. XVI ultimi.

17 AD VILICVM SVVM.

18 1) Vilice silvarum et mihi me reddentis agelli
19 2) quem tu fastidis habitatum quinque focis et
20 3) quinque bonos solitum Variam dimittere patres,
21 4) certemus spinas animone ego fortius an tu
22 5) evellas agro et melior sit Horatius an rus.

Margo exterior.

Margo inferior.

Pagina posterior.

hs. 6) Me quamvis Lamiae pietas et cura moratur
7) fratrem maerentis rapto de fratre dolentis
8) insolabiliter, tamen istuc mens animusque
9) fert et avet spatiis obstantia rumpere claustra.

1 10) Rure ego viventem tu dicis in urbe beatum.
2 14) Tu mediastinus tacita prece rura petebas
3 15) nunc urbem et ludos et balnea vilicus optas,
4 16) me constare mihi scis et discedere tristem
5 17) quandocunque trahunt invisa negotia Romam.
6 18) Non eadem miramur eo disconvenit inter
7 19) meque et te, nam quae deserta et inhospita tesca
8 20) credis, amoena vocat mecum qui sentit et odit
9 21) quae tu pulchra putas. Fornix tibi et uncta popina
10 22) incutiunt urbis desiderium video et quod
11 23) angulus iste feret piper et tus ocius uva,
12 24) nec vicina subest vinum praebere taberna
13 25) quae possit tibi, nec meretrix tibicina, cuius
14 26) ad strepitum salias terrae gravis, et tamen urgues
15 27) iam pridem non tacta ligonibus arva, bovemque
16 28) disiunctum curas et strictis frondibus exples.
17 29) Addit opus pigro rivus si decidit imber,
18 30) multa mole docendus aprico parcere prato.
hd.
19 32) Quem tenues decuere togae nitidique capilli
20 33) quem scis immunem Cinarae placuisse rapaci,
21 34) quem bibulum liquidi media de luce Falerni,
22 35) cena brevis iuvat et prope rivum somnus in herba.

11—13 cui place
alterius sua
nimirum est od
sors, stultus
uterque locum
immeritum caus
tur inique, i
culpa est anim
qui se non effug
unquam.

Margo exterior.

31) Nunc ag
quid nostrum
concentum divid
audi.

36) Nec lusisse pudet sed non incidere ludum.

Ex his quae breviter exposui, satis intellegi posse puto, cur haec epistula corrupta et quomodo emendanda mihi videatur. Quorum si quid verum aut verisimile assecutum est, operae pretium habeo; si minus, verum quaesivisse mihi satis est.

Scrib. Lubani a. MDCCCLXXXV mense Febr.

Gillischewski.

Die Erlangung von Dissertationen und Programmen war bisher nicht nur sehr schwierig, sondern häufig unmöglich.

Diesem immer fühlbarer werdenden Übelstande abzuhelfen, habe ich weder Mühe noch Kosten gescheut, [illegible] Anzahl solcher Schriften aus allen Wissenschaften zu sammeln und zu ordnen; auf diese Weise schuf ich eine

Zentral-Stelle für Dissertationen und Programme,

[illegible]titut, das in erster Linie den Interessen der Gelehrten-Welt zu dienen berufen ist, aber natürlich erst dann [illegible]sprüchen wird genügen können, wenn dasselbe in Gelehrten-Kreisen gefördert und allseitig benutzt wird.

Bisher erschienen folgende

Verzeichnisse der vorhandenen Abhandlungen:

I. Neuere Philolologie und Germanistik. Anhang: Orientalia.

II. Klassische Philologie und Altertumswissenschaft.
Anhang: Philologische Antiquaria — Auswahl guter Werke aus allen Wissenschaften zu herabgesetzten Preisen (13 Bogen, Preis 50 Pf.).

III. Theologie. IV. Orientalia.

Verzeichnisse über andere Wissenschaften:

Philosophie und Pädagogik, Naturwissenschaften und Mathematik, Geschichte

[illegible] sich in Vorbereitung!

Durch diese Verzeichnisse wird, wie ich hoffe, der Wissenschaft manche wertvolle Arbeit erhalten bleiben, [illegible] kaum in weiteren Kreisen bekannt geworden und bald der Vergessenheit anheimgefallen wäre.

Ich übernehme Dissertationen und Programme, wie auch sonstige Gelegenheits-Schriften [illegible]len Wissenschaften in jeder Anzahl gegen entsprechende Vergütung sowohl gegen Kasse, [illegible] im Umtausch gegen andere Bücher.

Diesbez. Offerten sind mir stets willkommen.

Abhandlungen, die für weitere Kreise Interesse haben, nehme ich auch in Kommissions-[illegible]; die Bedingungen teile ich auf Wunsch gern mit.

Verlag von Gustav Fock in Leipzig:

[illegible]vorragendes Werk über Laut-Physiologie.

[illegible]e Sprachlaute im allgemeinen

[illegible] Laute des Englischen, Französischen und Deutschen im besonderen

von **Dr. Moritz Trautmann,**
Prof. a. d. Universität Bonn.

[illegible]bbildungen. 21 Bogen gr. 8⁰. Preis: M. 7. —.

[illegible] allgemeinen Teile werden zunächst akustische Dinge behandelt, [illegible] Sprachorgan beschrieben (dieser Abschnitt enthält 10 erläu[illegible]abbildungen), weiterhin das Vokal- und Konsonantensystem [illegible]lt und zuletzt die Arbeiten anderer auf diesen Gebieten beur[illegible] besondern Teile werden die Laute der einzelnen drei Sprachen [illegible]t, immer mit kritischer Berücksichtigung der [illegible]ungen anderer.

[illegible] der fachwissenschaftlichen Presse wurde das Trautmann'sche [illegible] anerkennendsten Weise besprochen, so u. a. in der „Anglia", [illegible] engl. Studien", „Zeitschrift für neufranzösische Sprache u. [illegible]r" u. s. w.

[illegible]ftsteller u. Buchhändler im alten Rom.

Von **Dr. Louis Haenny.**
Zweite durchgesehene Auflage.
Ladenpreis: elegant broschiert M. 2.40.
In eleg. Lnbd. M. 3.20.

[illegible] Schrift wurde [illegible] auf das günstigste be-[illegible]n; die 1. Aufl[illegible] kurzer Zeit vergriffen.

Italienisches

Konversations- und Taschenwörterbuch

von

Angelo de Fogolari,
weiland Lehrer der italienischen Sprache in Leipzig.

Durch zahlreiche Noten und Zusätze sowie einen kurzen Abriss der ital. Grammatik erweitert und herausgegeben

von

Hermann Mondschein,
Lehrer der modernen Sprachen in Leipzig.

28 Bogen in handlichem 16⁰ Format.
Preis in eleg. biegsamen Kaliko-Einbande M. 3.—, eleg. kart. M. 2.50.

Italienische

Konversations- und Taschen-Grammatik

von

Hermann Mondschein,
Lehrer der modernen Sprachen in Leipzig.

6 Bogen, Ladenpreis eleg. brosch. 90 Pf, kart. 1 Mark.

[illegible] beziehen durch alle Buchhandlungen.

[illegible]-Druck von Hesse & Becker in Leipzig.

Ex his quae breviter exposui, satis intellegi posse puto, cur haec epistula corrupta et quomodo emendanda mihi videatur. Quorum si quid verum aut verisimile assecutum est, operae pretium habeo; si minus, verum quaesivisse mihi satis est.

Scrib. Lubani a. MDCCCLXXXV mense Febr.

Gillischewski.

Umschlag-Druck von Hesse & Becker in Leipzig.